PS. EUSEBIUS CREMONENSIS. PS. AUGUSTINUS. PS. CYRILLUS HIEROSOLYMITANUS. ISIDORUS HISPALENSIS

Salzburg, 1470 Seite 39r

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8135
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



Hec et hijs similia prosequente sanc-
tissimo viro. Omnium circumstantiarum cre-
uit meror et tristicia nec quis nos-
trum poterat se a lacrimis continere
Sed omnium erat una uox plangentium. Quid
sine te faciemus pater. Quo pergemus
Vineam istam ex egipto transtulisti
et plantasti eam. ut quid auertis faciem
tuam ab ea. in lumine vultus tui am-
bulauimus. Gloria uirtutis nostre tu
eras Heu quid sine te amplius faciemus
Tu pater tu doctor et refugium. Tu exem-
plar innocencie utinam nobis tecum
mori liceat iam ad nihilum deueniemus
sicut oues erimus sine pastore. Ad nihilum
deueniemus uelut aqua decurrens. Non
erit qui consoletur nos. Fient filij tui
orphani et famem patientur ut canes
Circumeuntes undique non te inuenient
Heu quantus super nos cecidit ignis
Non te deinceps uidebimus solem. Con-
gregacio quid faciet fidelium sine te
Tu dispersio eras hereticorum. Tu interfec-
tor eorum gladio oris tui. Tu eorum mal-
leus et securis conterens eorum dentes
in ore eorum. molas leonum confringens
et deducens eos in puteum interitus
Gaudebunt nunc et exultabunt et humiliabunt

39